



FRUCTIFICATIONIS PARTIUM
VARIETATES

Quarum

PARTEM PRIOREM
CONSENSU EXPERIENT. FACULT. MED. UPS.

PRÆSIDE

CAROL. PET.
THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD. ACAD. CÆSAR. NAT.
CURIOS. REG. SCIENT. LONDIN. HOLM. SOCIET. SCIENT. UPSAL. PHILAD. PATR.
HOLM. ET CIV. ORCOM. FINL. BEROL. NAT. SCRUT. PARIS. HAFN. ET HALENS.
-HIST. NAT. LUND. HARLEM. AMSTELD. ZELAND. NIDROSIENS.
TICINENS. IENENS. LINN. LONDIN. PHYS. GÖTTINGENS. MED.
MATRITENS. MEDIC. ET NAT. STUDIOS. EDIMBURG. MEMBRO;
NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT.
PARIS. MEDIC. LONDIN. SCANDINAV. FLORENTIN. ET
BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

publice examinandam sistit

HENR. WILH. ROMANSON,

STIPEND. WRED. SAWOLAXIA-FENNO.

IN AUDIT. GUST. MAJ. D. XX DEC. MDCCC.

H. A. M. S.

UPSALIÆ,

LITTERIS JOH. FREDR. EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.



FRUCTIFICATIONIS PARTIUM VARIETATES.



§. I.

Nemo facile negaverit insignem utilitatem & præstantiam methodi cujusdam systematicæ, qua facili & segura via atque opera ad cognitionem specialem lapidum, vegetabilium ac animalium, quæ alit, qua patet latissime, orbis terraqueus, innumerorum pervenire possumus. Est enim ab eo usque tempore, quo in Phalanges distribuere cœperunt Naturæ scrutatores naturalia, quod incrementa ceperit & ad perfectionem tetenderit scientia rerum naturalium. Ab externo habitu illa discernere conati sunt veteres. Deinde, ut de vegetabilibus tantum sermo sit, secundum fructus fundamenta Systematica jecerunt; tandem secundum *Calyces* atque *Corollam*, ut TOURNEFORTIUS, nec non secundum *Sexum*, ut LINNÆUS, uterque Excellens Scientiæ Reformator atque Stator Systematicus, a Se inventas instituerunt Methodos.

Post, hæc inventas, in primis Linnæanam secundum sexum plantarum, quam ceperit incrementa rapidissima Scientia omnium facile amœnissima & utilissima, non est Botanicus vel tantillum peritus, qui non noverit. Veterum scientia Botanica multum erat obscura & incerta atque vix aliud, quam memoriæ sarcina, dum Recentiores cum filo ariadnæo, Systematis ope, ad cer-

tiorem plantarum notitiam facillimo sæpe negotio pervenire possunt.

Ex omnibus vero huc usque conditis Systematibus plantarum, ne unicum est quidem, quod omnibus partibus perfectum salutaris possit, quodque exceptiones plures vel pauciores non admittat.

Harum non exiguam partem in unum colligere volumus, Tuoque B. L. mitiori submittere censuræ, ut inde appareat, quænam partes fructificationis & qua ratione in primis variare soleant, atque vel in diversis classibus, ordinibus, vel generibus & ipsis quandoque speciebus a cognatarum plantarum structura, numero & proportione deviare observentur.

§. II.

Partes Floris simul plures variantes inveniuntur in sequentibus:

MIMOSÆ ex omnibus maxime variare solent *Calyce, Corolla, Stamimbus, Fructu & Seminibus*, ita ut in hoc genere nulla pars fructificationis constans sit.

VALERIANIS mira est varietas partium fructificationis, quoad numerum & figuram.

RHAMNI species admodum variant plurimis floris partibus, imprimis *Stigmate, Fructu, Corolla, Stylis & Stamimbus*.

CALODENDRUM variat numero partium, *Corollæ, Nectaris & Staminum*.

GARDENIÆ species non paucae variant *Stamimbus, Calyce, Corolla & Fructu*, qua numerum & figuram a 5 ad 9.

AFONOGETON variat numero *Staminum, Pistillorum & Capsularum* in ejusdem spicæ floribus.

ZANTHOXYLON variat *Calyce, Corolla, Staminibus, Stigmate*; &

MENISPERMUM *Calyce, Corolla. Staminibus, Pistillo ac Bacca,*

EUCLEA, *Calyce & Corolla* variat 4-5- & 6 fida in floribus masculis; 4- & 5- fida rarius in femineis.

MONTINIÆ flores masculi, sæpe 4-fidi, interdum 5-fidi.

RHIZOPHORÆ differunt *Staminum* numero, uti etiam *Calyce & Corolla.*

DEUTZIA variare solet *Calyce, Corolla, Stylis & Capsula.*

RESEDA ludit numero & figura partium in diversis speciebus.

IN RANUNCULO & THEA partes fructificationis valde sunt inconstantes.

TETRAGONIÆ primus flos addit 5 partem numeri in omni fructificationis parte.

CHRYSOSPLENI flos terminalis 5 fidus, reliqui 4-fidi.

ADOXÆ flos terminalis 8-andrus; laterales addunt unam quintam partem.

MONOTROPÆ flores laterales excludunt quintam partem in omni fructificationis parte; & contra

JUSSIEUIÆ quibusdam speciebus $\frac{1}{2}$ deficit, uti quoque

HERNIARIÆ *fruticose* in *Calyce & Staminibus*, atque

RUTÆ *graveolenti*, COTYLEDONI *Laciniatæ* & TORMENTILLÆ in omni fructificationis parte.

CINCHONA interdum demit 5-partem numeri in singulis partibus; &

LINO *Radiolæ* non raro numeri 5 pars eximitur.

MYRSINÆ sæpe unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte; &

EVONYMI fructificatio in quibusdam individuis vel speciebus aufert 5 numeri partem.

PTELEA variat numero 4- & - 5 nario in *Calyce, Corolla, & Staminibus*. Sic etiam

- ZWINGERÆ numerus partium fructificationis variat 5-narius & 4-narius.
- GENTIANÆ floris numerus & figura valde variare deprehenditur a 4 ad 9; &
- SEPTAS numero partium ludit a 5 usque ad 9.
- THESIUM *Alpinum* & PEPLIS *Tetrandra* demunt $\frac{1}{3}$ e fructificatione, quin e contrario
- GRISLEA interdum $\frac{1}{3}$ addit partibus floris.
- RUMEX *Digynus* unam tertiam partem excludit in omnibus partibus, exceptis *Staminibus* &
- VACCINIUM sæpe addit unam quartam partem in omni fructificationis parte.
- SLOANEA numero partium variat a 3 ad 6. &
- ACHRAS *Mammosa* demit unicam sextam partem numeri.
- PRINOS numero ab *Ilice* differt & interdum unicam sextam numeri partem excludit.
- PEGANUM differt a *RULA* uti *CELASTRUS* ab *EVONYMO*; quidquid enim *Pisilli* numero demitur, *Staminibus* additur & vice versa.
- ACTÆA *Cinicifuga* variat adeo numero *Styli*, *Capsularum*, *Petalorum* & *Calycis*, ut nec sexus constans sit, nec proportio.
- DISANDRÆ flos numero partium maxime variare solet.

§. III.

Calyx diversimode a consueto ordine abludit, interdum deficiens, interdum plus, interdum minus divisus.

In *TRIUMFETTA Lappula* omnino est nullus.

CALLOCOCCÆ involucrium 4-phyllum, 5-phyllum, 1-phyllum vel nullum deprehenditur.

FRAXINUS Onus, *Corolla* & *Calyce* gaudet; *excelsa* his destituitur.

AGRIMONIE *Calyx* exterior adnatus est interiori; at in AGRIMONOIDE liber deprehenditur.

LUPINIS *Calyx* in diversis speciebus diversus est; & in CENTAUREA *Calyx* valde dissimilis occurrit.

ORIGANO *Calyx* variat 5-dentatus, bilabiatus & diphyllus; MELOCHIS aliis simplex, aliis duplex.

In RESEDA *Luteola Calyx* 4-partitus; in *alba* 6-partitus; in aliis speciebus *Perianthium* 5 partitum.

ELÆOCARPIS numerus *lacinarum Calycis* & *Petalorum* interdum ternarius, qui esse deberet 5-narius.

In CROTONE *tinctorio Calyx* 5 phyllus; in *Lucido* ♂ *calyx* 10-phyllus ♀ 5-phyllus.

PLANTAGINIBUS aliis *Calyx* æqualis, aliis inæqualis.

GRATIOLÆ *rotundifoliae Calyx* 5-partitus; *Officinali* 7-phyllus.

VEEBENÆ *Sberardiae Calyx* angustus; *Lappulacæ* inflatus; CURASSAVICÆ *Calyx* 4 fetis acutis prominat.

In ALTHÆA & ALCEA *Calycis* laciniæ numero sunt inconstantes. & in MALVA *Calyx* exterior 2- & 3-phyllus.

In HIBISCO *populneo Calyx* exterior 3-phyllus; in *tiliaceo* 1-phyllus; in aliis speciebus 3 usque 12-phyllus.

ANEMONE variat involucri 3-phylo & multifido; &

DRYAS *laciniis Calycis* 6-10, *petalis* æquali numero;

RICHARDIA *Calyce* & *Corolla* 6- & 8-fida;

SKIMMIA *Perianthio* 4- & 5-partito;

VERONICÆ *Calyce* 4- & 5-fido: in plurimis 4-fidus, in *sibirica*, *Teucrio*, *prostrata*, *pæcinata*, *austriaca*, *multifida*, *latifolia* & *Pæderota* 5-fidus;

HYDROLEA in quibusdam speciebus *Calyce* & *Corolla* 6-fida, cum *Staminibus* 6, in ceteris tantum 5;

CLUSIA *Calyce* 4- & 6-phylo;

CELTIS *Calyce* 5- & 6-fido;

PTELEA *Calyce* 4- & 5-fido;

TOMEX *Involucro* 5- & 6-phylo;

- HOVENIA *Calyce* 4- & 5-partito;
 TETRACERA *Calyce* 5- & 6-partito;
 DECUMARIA *Perianthio* 6-usque 12-phyllis; *Petalis* totidem;
 DEUTZIA, *Calyce* 6-fido;
 POLYCNEMUM *foliolis Calycis* 2, 3, & 4.
 ATRAPHAXIDI *undulatæ Calyx* 4-partitus;
 MONTIÆ *foliola Calycis* sæpe terna;
 PETITIÆ *Calyx Corollaque* sæpe trifidæ;
 POLYGONO *frutescenti Calyx* diphyllus;
 PORTULACÆ *fruticosæ* & NYMPHÆÆ *lutæ Calyx* 5-
 phyllus;
 CRATÆVÆ *Marmelos Calyx* 5-fidus;
 AMARANTHO *Calyx* 3- & 5-phyllus.
 POTERIS *Calyx* 2-3- & 4-phyllus est;
 RANUNCULO *Ficariæ Calyx* 3-phyllus;
 IN THEA *Bohea Calyx* 6-partitus; in *japonica* 5-phyllus;
 IN EUPHORBIA *Calyx* 8-usque 10-fidus.
 MIMOSIS *Calyx* 5-dentatus aliis, aliis modo 3-fidus.
 IN BURSERA numerus dentium *Calycis* & *Petalorum* va-
 riat a 3 ad 5.
 IN quibusdam VALERIANIS *Calycis* margo vix notabilis,
 in quibusdam 5-fidus.
 AMMANNIA *baccifera Calycæ* 4-dentato, loco 8-dent.
 gaudet.
 JATROPHÆ nonnullis floribus *Masculis Calyx* 5} fidus
 & *Corolla* 5-petala.

§. IV.

Corolla in non paucis *Generibus* variare deprehen-
 ditur: sic

- RESEDA *Luteola* habet *Petala* 3; *alba* 6: *aliæ* 5.
 SCABIOSIS pluribus flores 4-fidi & 5-fidi

IN NYCTANTHE & JASMINO variat numerus *laciniarum*
Corollæ sæpe in eadem specie; item occurrit floris
 figura acuta & obtusa.

HOLOSTEO *succulento* *Petala* sunt subtrifida; *umbellato* *Pe-*
tala tria seu bidentata.

IN MONETIA *Flores* aliquando trifidi, aliquando bifidi.

TILLANDSIIS aliis *Corolla* 3-fida, aliis 4-fida.

THEA *Bohea* gaudet *petalis* 3 usque 9; *japonica* 6.

EUPHORBIIS nonnullis *petala* 4, aliis 5.

IN VALANTIA *mureli* & *Aparine* *Flores* *Masculi* trifidi;
 in *articulata* & *cruciata* 4-fidi.

IN ZANTHORHIZA numerus *Petalorum* interdum sena-
 rius, vulgo quinarius; in

BOSCIA 4-narius & 5-narius.

IN CERASTIO *repente* occurrunt *petala* 4-fida seu 5-fida.

IN RHAMNO *catbartico* *Corolla* 4-fida; in *Alaterno*, *Ziszy-*
pbo, *Frangula* & *Paliuro* 5 fida.

IN BURSERA numerus *Petalorum* variat a 3 usque ad
 5, uti dentes *Calycis*.

DRYAS variat *Petalis* 6 usque 10, *laciniis* *Calycis* æqua-
 li numero.

ELÆOCARPI *Petalorum* numerus, uti *laciniarum* *Calycis*,
 interdum est ternarius, interdum quinarius.

IN VALERIANIS *Corollæ* *tubus* aliis longus, in aliis cal-
 caratus, in aliis brevissimus; *Limbus* in aliis æqua-
 lis, in aliis bilabiatus.

SALVIÆ *Corolla* multifariam differre observatur. *Salvia*
 TOURNEF. gerunt *labium* superius fornicatum; infe-
 rius planum seu lateribus reflexum.

Hornatum TOURNEF. *labium* superius habet ad-
 scendens, breve; inferius *laciniam* mediam
 concavam.

Sclarea TOURNEF. *labium* superius gerit erectum
 falcatum; inferius *laciniam* mediam concavam.

- PETASITES TOURNEF. caret flosculis ligulatis in radio, licet quibusdam feminei nudi adsint.
- TUSSILAGO TOURNEF. instruitur semper femineis in radio *Corolla* ligulata præditis.
- TUSSILAGO *frigida* & *Cotula* variat *Floribus* flosculosis & radiatis; &
- SENECIO *Floribus* flosculosis atque discoideis.
- In TORDYLIO *Antbrjco* umbella radiata.
- In CONVALLARIIS uti & in HYACINTHIS, ANDROMEDA, & ERICA *Corolla*, qua figuram, immense variat, oblonga, globosa, campanulata.
- DECUMARIA variat *Petalis* 8 usque 12.
- RICHARDIA variat *Corolla* & *Calyce* 6 & 8-fidis;
- PETITIA *Calyce* *Corollaque* 3-fidis;
- SCABRITA *Corolla* 4 & 7-partita;
- TETRACERA *Petalis* 3-5;
- THALICTRUM *tuberosum* & *cornutum* *Corolla* 5-petala;
- RANUNCULUS *Ficaria* *Petalis* pluribus;
- COFFEA *occidentalis*, CALLICOCCA, EVEA & SWERTIÆ quædam flore 4-fido.
- AITONIA variat *floribus* 5 fidis, 10-andris.
- GARDENIA *Thunbergia* valde variat numero *laciniarum*, *Corolle*, uti etiam ADONIS & ATRAGENE, adeo ut numerus nunquam sit constans.
- HYDROLEÆ quibusdam in speciebus *Corolla* & *Calyx* 6-fidus *staminibus* 6.
- DEUTZIA variat *Petalis* 6.
- In STELLARIA *radicante* *Petala* 5-partita.
- LYCHNIDI *Viscaria* *petala* indivisa.
- JATROPHÆ aliis floribus masculis *Calyx* 5-fidus & *Corolla* 5-petala.]
- POLYGONUM *frutescens* habet *Petala* tria;
- PTELEA *Corollam* 4- & 5-petalam;
- CLUSIA 4 usque 6 petala.

Sunt non pauca Genera plantarum, vulgo corolla instructa, in quibus species occurrunt *Apetalæ*, ut:

AMMANNIÆ *Petala* sæpe deficiunt in eadem specie.

CROTONIS species aliæ petaloideæ sunt, aliæ apetalæ, *lucido Corolla nulla: tinctorio Petala 5.*

MIMOSIS aliis *Corolla* 1-petala, aliis 5-petala, aliis nulla.

SAGINA *procumbens* variat floribus corollatis & apetalis: *apetala* absque *Petalis* floret.

CONOCARPUS *erecta* apetala est, *racemosa* autem 5-petala.

IN AERE *Pseudoplatano* *Corolla* vix a *Calyce* distincta; in *Negundo* *Corolla* nulla.

FRAXINUS *Ornus* *Corolla* gaudet; *excelsa* apetala est. Circa *Peplidis* genus observatur, quod plurimis unius ejusdemque plantæ flosculis desit *Corolla*.

Inter CARDAMINES datur species *Petalis* destituta; & *Corolla* carent: HELICTERES *apetala*, LEPIDIUM *ruderale*, ATRAPHAXIS *undulata*. LÆTIA *apetala*, PASSIFLORA *suberosa*, LYCHNIS *apetala*.

CHRYSANTHEMUM *flosculorum* radio destituitur.

ASPERULA *tinctoria* & *pyrenaica* flores 3-fidos habent.

CRUCIANELLA *maritima* & *egyptiaca* *Corollis* 5-fidis gaudent.

RUBIÆ flos sæpe 5 fidus evadit.

GERANIIS *Columbinis* TOURNEF. *Petala* regularia, glandulis intertinctis.

Grimalibus TOURNEF. *Corolla* æqualis.

Geraniis RIVIN. *Corolla* irregularis.

Cicutariis TOURNEF. *Corolla* subæqualis *Petalis* intertinctis glandulis

Africanis *Petala* inæqualia.

MELANTHIO *monopetalo* *Petala* sunt connata in *Corollam* monopetalam.

MEDEOLÆ *Virginicæ* *Petala* sunt 4; uti etiam

ÆSCULO *Pavie* *Corolla* 4-petala.

§. V.

Nectarium magis, quam alia fructificationis partes, constans esse videtur, & in paucis differentiam admittere. In sequentibus tamen variare solet:

IN STRATIOTE *Nectaria* sæpe 21. 22 usque 31.

IN CALODENDRO *nectariorum* numerus variat.

IMPATIENTIS cornu *nectarium* variat, & similiter in ANTIRRHINO vel longius vel brevius est.

IN BOERHAVIA denticuli *Nectarii* modo triangulares & minimi, modo obsoleti.

DIOSMA & HARTOGIA LINNÆI jam unicum constituunt Genus, postquam apparuit, *nectaria* numero valde variare; ab eadem rationem

HERRMANNIA & MAHERNIA, pariter ac COMMELINA & TRADESCANTIA quod ad genus consociandæ sunt, cum jam exploratum sit, harum *nectaria* cum *staminibus* alternatim minui vel augeri.

§. VI.

Sexu variant Plantæ non paucæ, & quidem sæpe sub eodem Genere comprehensæ, vel Monoicæ, vel Dioicæ vel Polygamæ; sic sunt Diclinæ:

ACER *carolinianum* flores habet *Monoicos*, *rubrum* & *Negundo* *dioicos*.

ACALYPHIS duabus Flores *dioici* sunt, reliquis *monoici*.

GYPSOPHILA *paniculata* *dioica*, reliquæ *Decandæ*; similiter

CUCUBALUS *Otites* *dioicus* est, & *Lycnis* *dioica* atque *SILENE vallesia* sexu distinctæ.

CARICIS species gerunt flores masculos & femineos, vel in eadem. vel distincta spica, vel quoque dioicæ sunt.

MORUS & *monoica* & *dioica* occurrit.

GLYCINE *monoica* sexu in hac Classe singularis.

In GNAPHALIO dantur species floribus *dioicis*, raro in hac Classe exemplo.

FRAXINUS *Ornus* semper hermaphrodita est; *excelsa* femina sæpe inter sparsos flores gerit hermaphroditos & femineos.

RUMEX *acetosa* *dioica* est; *spinosa* *monoica*; &

HAMAMELIS *virginica* *dioica*; dum *carolinensis* *monoica* invenitur.

URTICÆ species sunt & *monoica* & *dioica*; uti & quædam MELANTHIA.

VALERIANÆ nonnullæ *diclinae*.

SALICES, vulgo *dioica*, interdum hermaphroditis floribus instruuntur.

Præterea MONOICÆ sunt: MERCURIALIS *ambigua*, & *afra*; ERIOCAULON *monoicum*; CALLITRICHE *verna* & quandoque DIOSMA.

DIOICÆ

Contra inveniuntur: PHYTOLACCA *dioica*; sæpe EURYA; RIBES *alpinum*; RHAMNUS *catbarticus*; BEGONIÆ quædam species; BRYONIA *dioica*; SIDA *dioica*; SPIRÆA *aruncus*; RUBUS *Chamæmorus*; LORANTHUS *europeus*; RHUS *vernix*, *radicans* & *toxicodendrum*;

POMEREULLA est & hermaphrodita, & *monoica*, &

TRIPSACUM *androgynum* & *hermaphroditum* occurrit.

CLUTIA *pulchella*, quæ sæpius *dioica*, non raro *monoica* invenitur.

De CORIARIA *Myrtifolia* dicit illustris LINNÆUS: flores hermaphroditi aliis sunt. Anno 1788, quum in

Horto Upsaliensi floreret, observavit Cel. Præses flores omnes hermaphroditos, absque petalis.

RHODICLA *rosea* in Lapponia, solo natali suo, legitur *dioica* & odora; in Hortum Upsalensem ab Ill. Rudbeckio introducta femina per dimidium fere sæculum vidua sterilis viguit; jam vero ibidem introducto quoque mare, quotannis femina producit & hermaphrodita invenitur.

MERCURIALIS *ambigua* & PASSERINA *birsuta*, *dioicæ* sunt; URTICA *dioica* occurrit, dum ceteræ species *monoicæ*.

ANTHOSPERMUM, quod ad *Polygamiam* relatum fuit, Cel. Præses semper examinavit *dioicum*.

CYNOMORIUM in *Monœcia* quidem fuit collocatum; at flores hermaphroditos habet immixtos.

RUSCUS deprehenditur & *androgynus* & hermaphroditus, ut *racemosus*.

SPIRÆA *Aruncus*, inter *dioicas* collocata, flores gerit omnes hermaphroditos.

POLYGAMI

Flores in multis observantur, quæ tamen ad Classem Polygamie non sunt relatæ:

XYLOPHYLLÆ flores in diversis speciebus variant *polygami* & *monoici*.

MELANTHII species *polygamas* invenit illustr. SCHREBER.

LAURI flores sunt & hermaphroditi & *polygami*.

In POMETIA rudimenta *staminum* observantur in floribus femineis.

MYRIOPHYLLO *verticillato* sæpe, *spicato* rarius flos hermaphroditus est.

In HIPPOPHAË *rhamnoides* inter flores masculos interdum hermaphroditos observavit Clar. VIBORG.

In *Aracide* plerique flores masculi sunt, pistillo absque *germine*.

EUCLEA variat floribus *polygamis* uti & MELICOCCA, MAMMEA, CUPANIA, HAMAMELIS, CALOPHYLLUM, CALABA, RHAMNUS *alaternus*, SYNGENESIÆ genera plurima, SALICES, EMPETRUM, sæpe CRATÆVA *gynandra*, ZANTHOXYLUM, ZANTHORRHIZA, CORIARIA, ROYENIA, RUSCUS, EUPHORBIA, RITTERA, DUROIA, CORDIA *polygama* ÆSCULUS, SPIRÆA *aruncus*, ERITHALIS *polygama*, TUSSILAGO *alba*;

Inter ipsa GRAMINA *polygamæ* species obveniunt, ut ERIOPHORI quædam species, PANICI, HORDEI, TRITICI, AVENÆ, ERIOCAULON *decandri* & aliorum.

BAMBUSÆ *flosculi* superiores masculi sunt; reliqui *hexandri*.

In ZANTHORRHIZA flores primi steriles &

In CLUSIA flores alii a parte Masculina, alii a femina steriles.

Inter UMBELLATAS quoque HERACLEI, LIGUSTICI, SCANDICIS, CHÆROPHYLLI, CARI, PIMPINELLÆ, TORDYLI *Anthrisci flosculi* disci masculi sunt.

Contra vero CENCHRUS ad *Polygamiam* relatus, teste SCHREBERO commode ad TRIANDRIAM & MONOGYNIAM transferri potest;

In VERATRO *Pistilli* rudimentum obsoletum & inane observatur;

In RHODIOLA Horti Upsaliensis, flores jam quotannis proveniunt hermaphroditi, uti & in VALANTIA. ATRIPLEX absque flore femineo esset CHENOPODIUM & CHENOPODIUM cum flore ejusmodi femineo esset ATRIPLEX, teste LINNÆO; duo itaque hæc genera in unum combinanda.



THESES I.

I. Ad inveniendum Systema Plantarum naturæ congruum, pluris sine dubio est figuram, proportionem & situm fructificationis partium attente considerare, quam earum numerum, quippe qui pro re nata admodum variare deprehenditur.

II. Quatenus definitio Generis, quam tradidit olim nostras *von LINNÉ*, recte se habeat, fateamur necesse est, dari etiam Genera non naturalia.

III. Nemo, quantum scimus, definitionem, qua Calyx a Corolla semper distinguatur, adhuc dedit omnibus numeris adeo absolutam, ut si alterutra horum integumentorum pars deficiat, quænam sit quæ adest, ubivis certo constet.

IV. Animal illud abnorme, omniumque hoc sæculo detectorum maxime singulare, rostro anatino. trunco phocino pedibusque palmatis, quod *Platypum anatinum* vocat Doct. SHAW, & *Ornithorhynchum paradoxum* Doct. C. G. BLUMENBACH, & cui similis non datur quadrupes., nisi *Sorex Moscatus* quadamtenus, æquo jure ad *Bruta LINNÆI* referri potest, ac palmipes *Rosmarus* & edentulæ *Myrmecophagæ Manesque*.

V. Errant forte qui autumant, musculos, quorum motus voluntarius habetur, omnino quiescere, dum nullam vim a voluntate influentem patiuntur. Idem quoque de cerebro valet.

VI. Vi Foliorum *Digitalis* pulsus retardandi, vel, quod idem fere est, arteriarum robur atque actionem infringendi, adscribimus, quos tam in Phthisi, quam interdum in Hydrope præstat, effectus eximios.

VII. Quæ inter Medicos fuit controversia an Frigus roboret vel debilitet, an Opium stimulet vel sedet, & quæ sunt reliqua, facili negotio, ut quidem nobis videtur, dirimi potest.

VIII. Quin exitus infaustus Variolarum infitiarum perversæ methodo, qua corpus morbo idoneum reddere adnisi sunt Medici, sæpissime tribuendus sit, nulli dubitamus.

IX. Licet Variolæ, quas *vaccinas* adpellant, genuinis multo mitiores sint, tamen plures eæque satis validæ adsunt rationes, quæ earum in genus humanum translationem dissvadere videntur.

X. Methodus Fistulam lacrimalem ab obstructo ductu nasali ortam sanandi, cujus Auctor est Cel. WARE, ex nostra opinione, omnium præstantissima est.

XI. Quod purificationem Acidorum & Alkalium in Pharmacopœa Svecica omiserunt Auctores, magnopere vituperamus.

XII. Mutationes, quas in 1:a, 3:a & 4:a Editione Pharmacopœæ Svecicæ subiit compositio Pulveris *Doweri*, neutiquam adprobamus.

XIII. Omnia Variolas ex Europa extirpandi conamina, qui jam temporis est rerum status, irrita fore opinamur.

